



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CCLXXXI. Der Markgraf Otto bestätigt den Besitz des Dorfes Zachow an das Domcapitel, am 28. Juni 1370.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

retinendas una cum omnibus dominis consiliariis, nobilibus, vassallis et civitatibus nostris pecuniis suis nos amicabiliter iuvit dumtaxat ista vice: Jure libertatis ecclesie Brandenburg et privilegiis ipsius pro futuris temporibus in omnibus et per omnia salvis et illesis. In cujus rei testimonium etc. Presentibus strenuis viris Johanne de Rochow, Gerharde de Wederden, Hermanno de Wulkow militibus, Gevehardo de Alvensleben, Johanne de Schivelben, Nicolao de Bismarke, curie nostre magistro, Ottone Morner et Johanne de Schepeliz, nostro prothonotario canonico Stendalgenfi et ceteris pluribus fide dignis. Datum Berlin, anno domini M^o.CCC^o. septuagesimo in crastino nativitatis Johannis baptiste.

Nach dem Originale.

CCLXXXI. Der Markgraf Otto bestätigt den Besitz des Dorfes Zachow an das Domcapitel, am 28. Juni 1370.

Nos Otto, etc. lucide recognoscimus, quod honorabiles viri Otto prepositus, Henricus Prior totumque capitulum ecclesie Brandenburgensis nostri devoti dilecti et ipsa ecclesia Brandenburgensis villam Tzachow cum omnibus pertinentiis suis ex venditione solempni illustrium principum Ottonis et Alberti fratrum quondam Marchionum Brandenburg. felicitis recordationis predecessorum nostrorum a quibus prepositus, prior et capitulum ejusdem ecclesie Brandenburg. suis pecuniis pro se et suis sequacibus ac pro ipsa ecclesia rite et rationabiliter emerant et comparaverant, habuerunt et tenuerunt ac longis temporibus retro actis, quorum initium in memoria hominum non existit possederunt, deinde super precaria et servitio ejusdem ville inter predictos prepositum et capitulum ex una et strenuos viros Mathiam et Wilkinum fratres dictos de Bredow, residentes in Bredow parte ex altera, exorta materia questionis illis de Bredow dicentibus, quod illustris princeps Lodewicus Romanus quondam marchio Brandenburg. pie memorie frater noster karissimus et nos Otto, marchio predictus Mathiam de Bredow, eorum patrem, et suos veros et legitimos heredes de precaria et servitio ville Czachow infeudassimus; nam pro eo idem pater eorum quidquid habebat in villis Wustermarce et Valkenrede libere resignasse et dimisisse et de hac infeudatione consisti eadem precariam et servitium Heifoni dicto de Wellen civi in Brandenburg ulterius in feudum et Elizabeth uxori legitime ejusdem Heifonis in dotalicium contulerunt: ex adverso vero pro parte prepositi et capituli ecclesie Brandenburg. fuit allegatum, quod precaria et servitium supradicta una cum universitate ejusdem ville Tzachow ex emptione predicta ad se pertinerent eandem prefati prepositus, prior et capitulum suam vexationem redimentes pretactis Heifoni de Wellen et Elizabeth uxori ejus pro precaria et servitio predictis quadraginta quinque marcas argenti cum dimidia in pecunia numerata dederunt et persolverunt ac cum predictis Mathia et Wilkino de Bredow fratribus de nostro scitu et voluntate et expresso consensu amice composuerunt ita, quod dicti Heifo de Wellen et Elizabeth ejus uxor eadem precariam et servitium coram dicto Mathia de Bredow fratre ipsis preposito et capitulo sponte dimiserunt, idem quoque Mathias frater pro se et Wilkino fratre suo ac coram veris et legitimis heredibus ipsam precariam et servitium, quia a nobis in feudum habere dicebant, coram nobis in manus nostras ad utilitatem eorundem prepositi prioris et capituli sponte resignavit. Quas compositionem, dimissionem et resignationem nos gratam et ratam habemus et tenore presentium approbamus et confirmamus preterea in casu, quo ven-

ditio, de qua supra fit mentio, aut littere eorundem predecessorum nostrorum in aliqua parte essent defectuose quod absit, nos ob honorem et reverentiam omnipotentis dei, gloriose virginis Marie sue genitricis omniumque sanctorum nec non ob jugem et perhennem magnificorum principum marchionum Brandenburgensium, predecessorum nostrorum, nostri, heredum ac successorum nostrorum animarum memoriam super addendo et supplendo appropriavimus, dedimus, donavimus, appropriamus, damus et per presentes solempni donatione donamus sepeditis preposito et priori totique capitulo et ecclesie Brandenburgensi prenominatam villam Tzachow in toto cum omnibus suis juribus, terminis distinctionibus, pacto et censu, redditibus, aquis, aquorum decursibus, piscationibus, pratis, pascuis, lignis, mericis, terris cultis et incultis, advocatiis, et generaliter cum omnibus servitiis, libertatibus, commodis, honoribus, fructibus, usu fructibus, consuetudinibus ac pertinentiis suis singulis et univrsis. Ceterum nos bonorum operum et orationum prenominatorum prepositi, prioris totius capituli ecclesie Brandenburgensis desiderantes esse et fieri participes presentibus renuntiamus pro nobis, heredibus ac successoribus nostris omni juri, actioni et impetitioni, precariis atque servitiis, quod vel que nobis in prefata villa Tzachow competit, competebat et competere poterunt aequaliter in futurum. In quorum omnium etc. presentibus reverendis in Christo patribus domino Tiderico ecclesie Brandenburgensis et domino Tiderico ecclesie Havelbergensis episcopis nec non strenuis viris Johanne de Rochow, Gerharde de Wederden, Hermanno de Wulko militibus, Johanne de Schivelben, Heinrico de Schulenburg, Nicolao de Bismarke curie nostre magistro et Ottone Morner cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Berlin MCCCCLXX. in vigilia beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Nach dem Originale.

CCLXXXII. Einführung des Domcapitels in den Besitz der Bede und der Dienste des Dorfes Zachow, vom 26. Oct. 1370.

Witlick sy allen, dy dessen open Briff syn oder horen lesen, dat ik Tyle Selchow, woneftig tu Markede, van Gheheyte und Bevelinghe des dorchluchtigen Forsten, myns Herren, Hern Otto, Marggreven tu Brandenburg, dy my in Yeghenwordicheit deser erbarn Herren, Hern Dydericus, Bischops tu Brandenburg, Hern Hans van Rochow, Hern Jan van Wulkow, Hern Berndis van der Schulenborch, Otto Morner, Domezis, Borgeris tu Brandenburg, und vele mer guder Lude tu eyne Inwyser heft ghegheven unde bevolen intuwysen den Proift und den Prior und dat Capitel tu Brandenburg van orer wegen und van der Kerken weghe tu Brandenburg in dy Bede unde in allen Dinst in deme Dorpe tu Tzachow unde in dat, wes dar tu ghehoret unde das tu ghehoren moghe unde sunderlik intuwisen in dy Bede unde in allen Dinst, houch und leghe unde in allent des, dat Mathis van Bredow tu Bredow unde sine Brudere unde ore Erven ghehat hebben in den vorschreven Dorpe tu Tzachow, wen Mathis van Bredow van syner van syner Bruder unde van orer Erven weghe vorghenant dy Bede und allen Dinst unde wes sy in deme selven Dorpe tu Tzachow hebben ghehat, gentzlik vorlaen heft, vor myne eghenanten Herren, den Marggreven, hebbe ingewiset recht unde redlik den Proift unde den Prior unde dat Capitel tu Brandenburg van orer weghe unde van der Kerken weghe in Brandenburgh vorgebant in dy Bede unde in allen Dinst unde in allent, datter thu ghehort unde tu ghehoren moghe in deme selven Dorpe tu